Nuptiis auspicatissimis viri spectabilis eximii qve domini dn. Mathiæ Östma...

Håkanson, Andreas

1 Ic Fol. 1668 Östman, Mathias

National Library of Sweden

NUPTIIS AUSPICATISSIMIS
VIRI
SPECTABILIS EXIMIIQVE DOMINI

Dn. MATHIÆ ÖSTMAN/

Provinciæ Cronoburgensis Castellano, à secretis & manibus, ut & Tabellarum publicarum Magistri.

SPONSI,

NEC NON

VIRGINUM LECTISSIMÆ

BARBRO GRAAN/

VIRI
PRUDENTISSIMI AMPLISSIMIQ. DOMINI

Dn. THEOPHILI GRAAN/

Regiorum quondam redituum præfecti Filiæ

SPONSÆ

Magna pompa, solenni more, in Notteröö/ Anni Christiani, crastino mane, calidissimis piorum votis, ingredientis, 1668. 12. Ianuarij celebratis,

Hanc strenam mitto Amicus vester

ANDREAS Håkonson.

UPSALIÆ.

Excudit HENRICUS CURIO S. R. M. Acad. Upsaliensis Bibliopola ANNO M. DC. LXVII.

1668

26

INvidiosa fortuna, quæ quod votis diu expetivi, hos Hymenæos ut præsens celebrarem, crudelis & maligna, interdixit. Cur ego non adsum? vel præsentium spectator, vel particeps, vel socius, vel convivarum saltem minister? unà salutare, latera stipare, ad fanum comitari, reducere, præferre tædas, propinare, amplexus dare, choreas ducere, & quæ alia, hodierna invitat festivitas. Tribuant brutæ sorti, quantalibet dominia, qui velint, nihilominus malignitatem vincam, quandoquidem non tota noverca, quæ oriente primum heri hespero, gratissimum ad aures detulit nuncium. Voce quia præsens nequeo, absens calamo, & quod solum fortuna reliquit, quia prohibere non potuit, voto applaudam. Non ferunt, nequé Epistolæ, neqne temporis, nimiæ quibus circumscribor angustiæ, Matrimonii hîc commemorare laudes, delicias, usus. Beati, felices, & horum omnium gnari, qui cupitis bonis potiuntur, qui fruuntur. Sunto in oculis, sunto cordibus infixi, cum sacramentis obligamini, dextras jungitis, torum conscenditis, divorum patrum, Isaci, Iacobi, Tobiæ, & aliorum, per vasta terrarum spatia, petiti; casti ac dulces thalami. Sponse gratulare tibi sponsam, non potuit tibi præsentius, non illustrius virtutum omnium exemplar, ne votis quidem contingere. Insignis forma, florentissima ætas, multiplices opes. sed fluxa hæc. Mores, quos ambiisti, spirat Tua dilecta sanctiores: rarum pietatis exemplum, probatæ castitatis speculum, spectatæ probitatis imago, decus familiæ, materni ex asse ingenii hæres, omni denique omnium virtutum laude, quibus hic sexus commendari potest, ornatissima. Quid potest felicitati tuæ, præter fruitionem & diuturnam possessionem addi? Inviderem Tibi, nisi quia, hæc bona, tua demeruisset virtus, neuter nostrum credo, alteri ne de facie quidem notus, sed quæ vis est virtutis, ut nullis claustris teneri, nullo pondere premi possit, tuum nomen, tua fama, latè sparsa per orbem, omnibus se commendavit bonis. Dabitis veniam, non ingredienti latissimum laudum vestrarũ campum, quam palestram lubens periclitarer, si vel vestra non prohiberet modestia, vel non præscinderet, quam iterum incuso, insignis temporis injuria. Gaudete, fruimini vestris bonis, inclarescite in dies egregiis factis, humanitatis officiis demeremini omnes, vincite majores, propagate ad posteros nomen, estote omnibus ampla ubiqne commendandi materia. Non possum non, casta & pia vestra laudare desideria. Ridemus meritò, incestos, vagos, Ethnicorum, brutorum adinstar, congressus, imo Deorum maximi, fornicatoris dico spurcissimi, raptus, incestus, adulteria, Iovis, mutati nunc in taurum, cum raperet Europam, nunc in Aquilam, cum Ganymedem, nunc in aureum imbrẽ, cum Denaen constupraret. Congredimini felices, consortes tori, quos non cæca sors, non mala libido, non invidiosa æmulatio, sed bonorum omnium provisor, omnium consummator, sed virtus, sed morum similitudo conjunxit. Facessant procul jurgia, fugiant stygias in umbras, ægrarum suspicionum curæ, vitam vivite concordem, concordes gerite sensus. Onera & munera uterque utriquè æqualia partiuntor, æqualia ferunto. Crescite pulcra prole, multiplicamini opibus. De cætero, officii h. e. voti non immemor, ceu vobis hanc lucem, hæc sacra fœdra, impense gratulor; ita eorundem Conciliatorem Optimum Maximum toto pectore, veneror, ut vos vivos mortuosque Hic & Ibi omnimoda benedictione mactet beatos. Valete ac crudam citamque gratulationem vobis placere sinite. Adproperatum Upsaliæ, ipsis circumcisi Domini præcedaneis.

Gästabudz roo

Till Unga Brudefolcken.

För Brudgum fram/ en Gåta sann /
Den och för Bruden bliffwer.
Gåtan åhr ring / doch aff god tingh
Och så i orden lyder.

SVennen sänder kiärestan sin
En gång sköneste Näcker win.
Sampt en Krantz/ doch vtan blomma
Och en Kaka / uthan kromma.
Krantzen war hwarken wirkat eller wiirat /
Kakan war ey bakat/ ut han spiirat.
Wiinet som sändes intet war /
I något kruus eller skiänkekar.
Jungfrun der moot / både täck och gesvinn /
Drögde icke i detta sinn.
Vthan sin kiärest återsende
Ett skiönt halzband med tio ändar.
Dess ändar woro silffwererat /
Och så Ledarna ammelerat.
Giffwer och så åth Swennen dher hoos/
Een lijffergat och kosteligh roos.
Den Roosen hon giffwer hwad Swennen begärar
Som Jungfrun uthgiffwer / sampt honom förerhar.

Huem aff ehr tuå / ey råkar vppå
Huad Gåtan stelff betyder.
Brudgum sin Brud / en sådan skrud
Blir skyldig att förähra.
Som hon nu drar / här vppenbar
Har hon och rätt begåra.
Händer det och / det ey åhr hopp /
Böter hoos Bruden bliswa.
Een skiorta fiin / aff Guld och lijn
Moste Brudgummen gifwas.
Men händer så / att båda tuå
Till föresatt waad / blit fälta.
Böterna all / poeten skall /
Medh rätt wara heemstälte.

Till Jnngfrurna.

Skapnad åhr ringh / doch fager och trind / hwitt äple fast lijker:
Mängen får lijs / men flerom till spiis / alt/ effter dett fijker.
Födo det geer / det barnet åth leer / och lekandes älskar:
Ey Elden giör week / uthan mångh sineek / från döden det frälsar.

Till Swännerna.

Hwad åhr det iag mond' omrinma.
Som slätt intet gagn giör hemma.
Hoo som Gåtan / råkar rätt på /
Haff mig i minne, med skålar tuå.

doch

SOch drömmer ey länge / ey tanckar
Låter skålarna gåå: (vphänger.
Runker på Koser fulla med Roser /
Både höga och små.
Dher med gott tåår / Brudgumme wår
Tre / fyra / på raad:
Jagh swarar / ey sparar
Hwip lustig glad.
War tu och glad / gärn' effter behag
Speelmän dundrer vp i Sahlen:
Pipor Music / harpor tillijk /
Klinger vpp skröna Regaler.
Frisk lustigh / frisk lustigh /
I tusend fald frögd:
Lätt höras och föras
Wår glädie i högd.
Lätt sorgen / så korgen /
Och drifwas sin koos:
Här winner / ey finner /
Hon ingen roos.
Här ijla / ey hwila /
Tu gode Bassist:
Lätt klinga lätt springa /
En liuff Discantist.
Wår skara / skall wara /
På denna här stund:
Flink lustig / Robusti /
Aff hiärtans grund.
Ach Swänner / god wänner /
Hwad åhr det för seed:
Sigh sättia / i lättia /
På stolarna need.

Seer Jungfrurna gåå / såfäng i hwar wrå
Dett tager ey så lagh:
Wahren doch snara / och edor parher
Här får rum sex på rad.
Ehr swinger / ehr kringer
Låter dantzen gåå:
Monsieur Cavalleur,
Wackra flickor ochså.
Eia iag woro / i samma Choro
Lustigt skulle det gå.:
Ingen min lika / till att fijka
Näplig finnas tå.
Ty sig gläde och quäde
Hoo lust haffer kiär:
Wij hate / wij rate
Hwem swr och trumpen åhr.
Aff högden den frögden /
Jagh önska will här:
I rådhe / och dådhe /
Gud ware ehr när.
Beware / förfware
Wäll ehr vnga tu.
Brudgummen den fromma /
Med sin kiära Brud.
Lätt siunga wår tunga /
Och önska alt wäll:
Dem gånga / åhr många /
Till lijff och Siäl.
Här med min skrifft / och ringa dicht /
Sluter / och will edhor råda /
Dricker omkring / hwar en till sin /
Far wäll / hollen till godo.